



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis  
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

**Gretser, Jacob**

**Ingolstadii, 1611**

XIV. Epistola Ecclesiæ Bamberg. ad Henricum Imperatorem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41527**

*Epistola eiusdem Ruperti ad eundem  
Henricum.*



Esiderantissimo Domino suo Heinrico serenissimo Romanorum Imperatori Augusto; Rupertus Dei gratia Babebergensis Episcopus, ceterique sui fideles Nurenbergenses cum instantia orationum seruile in omnibus obsequium. Sicut in omnibus vestris negotiis ego Rupertus deuotissimum me semper exhibui, sic etiam usque in finem maiori quoque studio in omnibus vestræ obedientiam voluntati. Et quidquid per Dominum G. mihi iniunxit, omni circumspectionis diligentia ad vestram voluntatem perficere studeo. Perfectæ verò dilectionis ardore nullatenus celare vos audeo, tam amicos, quam inimicos noua quædam machinando confederari. Et valde necessarium est, ut quantocuyus ad nos redeatis. quoniam praesens corpore facilimè potestis vniuersa ad vestram voluntatem componere, quæ vestri absentia in incorrigibile malum formidamus excrescere.

*Epistola Ecclesie Bamberg. ad Henricum  
Imperatorem.*



Erenissimo Domino suo Heinrico Imperatori Cæsari Augusto Babenbergensis Ecclesia, speciali quadam fidelitate sibi semper suisque antecessoribus deuincta, fidele & stabile seruitium cum deuotis orationibus.

\* Henrici III.  
cui cognomen  
Nigro.

Gratias agere diuinæ bonitati non desistimus, qua inspirante, clementia vestræ dominationis, more & exemplo \* Patris vestri, piissimæ memorie, nos & locum nostrum benigno fauore, & quasi singulari quodam affectu hactenus dignata est respici.

respicere & confouere. Vnde solita pietate vestra confisi, dispoliati, & immoderata rerum nostrarum deuastatione penè iam desolati, genibus vestræ commiserationis cum lacrymis, & querelis perniciem necessariis prouoluimus. Si quid enim ab hostiis immanitate relinquitur, hoc totum à vestris ministerialibus quibusdam vbiique deuastatur: vbiunque possunt, sine respectu Dei & vestri. Quorum illi quidem qui apud HAMERSTEIN præsident, octo carradas vini nobis hoc anno abstulerunt. Oleum autem, quod ad Quadragesimale tempus deputatum, M. cum præter eum deferretur, ex toto præripuit. Porro R. cum suis complicibus omnia nostra suæ domui contigua, vsq; ad desolationem deuastauit. Ecce qualia nos vestri à vestris patimur: sed adhuc peiora veremur: nisi Deus, & vestræ iussionis autoritas quantocuyus subuenire dignetur. Rex regum, & Dominus dominantium, vitam & honorem vestrum, Serenissime Domine, prout expedit necessitas totius Imperij, prolongare atque conseruare dignetur.

## X V.

*Epistola Ecclesie Bambergensis ad Adelbertum Archiepiscopum Moguntinum.*



Delberto sanctæ Moguntinæ sedis Archiepiscopo, & Romanæ sedis Legato, sanctæ Babenbergenis Ecclesie Clerus reuerentiam cum dilectione, & obedientiam cum humilitate.

Primum quidem Domine, gratiarum actiones vestræ paternitati referimus, & à Deo retributionē vobis postulamus, quod in tantis negotiis regni occupatus, aurem vestram à clamore nostro non auertistis; sed auxilium vestrum in tribulatione nostra, nobis affore, promisistis. Quæ benevolentia nullis meritis nostris exigentibus nobis exhibita, nos adeò Paternitati vestræ alligauit, ut nunquam eiusdem benevolentia ob-

Nn. 3 liuisci